

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Quid sit eius obiectum? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

sub se etiam continentiam secundum quid: vel ac-  
cipit cupiditatem strictè pro concupiscentia delecta-  
bilium tactus.

Ad quartum dicendum, quod delectationes vene-  
reorum sunt vehementiores, quam delectationes ci-  
borum. Et idèò circa venerea magis consueuimus  
continentiam & incontinentiam dicere, quam circa  
cibos: licet secundum Philosophum circa utrumque  
possit dici.

Ad quintum dicendum, quod continentia est bonū  
rationis humanæ: & idèò attenditur circa passiones,  
qua possunt esse homini con naturales. Vnde Philos.  
dicit in 7. Ethic. \* quod si aliquis tenens puerum, c. 5. non  
concupiscat eum, vel comedere, vel ad venereorum longè &  
inconvenientem delectationem, siue sequatur concu- fin. 10. 5.  
piscentiam, siue non, non dicetur simpliciter conti- 7. 6  
nens, sed secundum quid.

## ARTIC. III.

*Vtrum subiectum continentia sit vis concupisibilis?*

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod subie-  
ctum continentiae sit vis concupisibilis. Subie-  
ctum enim alicuius virtutis oportet esse proporcio-  
natum materia. Sed materia continentiae, sicut di-  
ctum est, sunt concupiscentiae delectabilium tactus,  
qua pertinent ad vim concupisibilem. Ergo con-  
tinentia est in vi concupisibili.

¶ 2 Præterea, Opposita sunt circa idem. Sed in-  
continentia est in concupisibili, cuius passiones su-  
perant rationem. Dicit enim \* Andron. quod incon-  
tentia est malitia concupisibilis, secundum quam  
eligit prauas delectationes, prohibente rationali. Er-  
go & continentia pari ratione est in concupisibili.  
¶ 3 Præterea, Subiectum virtutis humanae, vel est  
ratio, vel vis appetitiva, qua diuiditur in voluntा-  
tem concupisibilem, & irascibilem. Sed continen-  
tia non est in ratione, quia sic esset virtus intellec-  
tua: neque etiam in voluntate, quia continentia est  
circa passiones qua non sunt in voluntate. nec etiam  
est

*sup. q. 5.*

*a. 5. ad 2.*

*Et 1. 2. q.*

*58. ar. 3.*

*ad 2. Et*

*d. 3. q. 2.*

*ar. 4. q. 2.*

*Et 7. Eth.*

*lect. 10.*

*c. 3.*

*\* ar. p. 24.*

*ar. p. 26.*

316 QVÆST. CLV. ART. III.  
est in irascibili: quia non est propriæ circa passiones  
art. præc. irascibilis, ut dictum est \*. Ergo relinquitur quod sit  
ad 2. in concupiscibili.

SED contra, Omnis virtus in aliqua potentia exi-  
stens, aufert malum actum illius potentia. Sed con-  
tinentia non aufert malum actum concupiscibili.  
Habet enim continens concupiscentias prauas, vt  
Philosophus dicit in 7. Ethic.\* Ergo continentia non  
est in vi concupiscibili.

e. 9. circa fin. 10. 5.

RESPONDEO dicendum, quod omnis virtus in  
aliquo subiecto existens facit illud differre à disposi-  
tione quam habet dum subiicitur opposito vicio. Co-  
cupiscibilis autem eodem modo se habet in eo qui  
est continens, & in eo qui est incōtinens: quia in vro-  
que prorumpit ad concupiscentias prauas vehemen-  
tes. Vnde manifestum est quod continentia non est  
in concupiscibili sicut in subiecto. Similiter etiam  
ratio eodem modo se habet in vtroque: quia tam co-  
tinens, quam incontinens habet rationem rectam; &  
utrumque extra passionem existens gerit in proprio  
concupiscentias illicitas non sequi. Prima autem dif-  
ferentia eorum inuenitur in electione: quia continens  
quamvis patiatur vehementes concupiscentias, tamē  
eligit non sequi eas propter rationem. Incontinens  
autem eligit sequi eas, non obstante contradictione  
rationis. Et ideo oportet quod continentia sit sicut in  
subiecto, in illa vi animæ, cuius actus est elecio. Et  
hæc est voluntas, vt supra habitum est \*.

¶ 2. q 13  
art. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod continentia ha-  
bet materiam concupiscentias delectationum rati-  
non sicut quas moderetur, quod pertinet ad tempe-  
rantiam, qua est in concupiscibili: sed est circa  
quasi eis resistens. Vnde oportet quod sit in illa vi,  
quia resistentia est alterius ad alterum.

Ad secundum dicendum, quod voluntas media est  
inter rationem & concupisibilem, & potest ab vro-  
que moueri. In eo autem qui est continens, moue-  
tur à ratione. In eo autem qui est incontinens, moue-  
tur

tur à concupisibili . Et idèò continentia potest attribui rationi sicut primo mouentis , & incontinentia , concupisibili : quamvis utrumque immediate pertinet ad voluntatem sicut ad proprium subiectum .

Ad tertium dicendum , quod licet passiones non sunt in voluntate sicut in subiecto , est tamen in potestate voluntatis eis resistere . Et hoc modo voluntas continentis resistit concupiscentijs .

## A R T I C . IV.

*Vtrum continentia sit melior, quam temperantia?*

A quartum sic proceditur . Videtur, quod continentia sit melior, quam temperantia . Dicitur enim Ecclesiast. 26. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ . Ergo nulla virtus potest continentia adæquari .

¶ 2 Præterea, Quâto aliqua virtus meretur maius primum, tanto potior est . Sed continentia videtur merei maius primum . Dicitur enim secundæ ad Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certarit . Magis autem certat continens qui patitur vehementes passiones & concupiscentias prauas, quam temperatus qui non habet eas vehemētes . Ergo continentia est potior virtus, quam temperantia .

¶ 3 Præterea, Voluntas est dignior potentia, quam vis concupisibilis . Sed continentia est in voluntate: temperantia autem in vi concupisibili , vt ex dictis patet \*. Ergo continentia est potior virtus, quam temperantia .

SED contra est, quod Tullius \* & Andronicus possum continentiam adiunctam temperantia , sicut principali virtuti .

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est \*, nomen continentia dupliciter accipitur . Vno modo, secundum quod importat cessationem ab omnibus delectationibus venereis . Et sic sumendo nomen continentia, continentia est potior temperantia simpliciter dicta: vt patet ex his quæ supra dicta sunt \*, q. 152. de præminentia virginitatis ad castitatem simpliciter ar. 5.